

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitruvii ... De architectura libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. V

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)

EST autem aliud genus machine satis artificiosum, & ad usum cele-
ritatis expeditum: sed in eo dare operam non possunt nisi periti. Est
enim tignum, quod erigitur & distinctur retinaculis quadrifaria, sub re-
tinaculis chelonia duo figuntur, trochlea funibus supra chelonia religatur:
sub trochlea regula longa circiter pedes duos, lata digitos sex, crassa qua-
tuor supponitur. Trochleae ternos ordines orbiculorum in latitudine ha-
bentes collocantur, ita tres ductarii funes in summo machine religantur.
Deinde referuntur ad imam trochleam, & traieciuntur ex interiore parte per
eius orbiculos summos. Deinde referuntur ad superiorem trochleam, &
traieciuntur a dexteriore parte in interiorē, per orbiculos imos. Cum de-
scenderint ad imam ex interiore parte, et per secundos orbiculos traducuntur
in exteriorē, & referuntur ad summū ad orbiculos secundos traie-
cti redeunt ad imam, ex imo referuntur ad caput, & traiecti per summos, re-
deunt ad machinā imam. In radice autē machine collocatur tertia troch-
lea. Eam autē Græci ἐσάρυον α, nostri artemonā appellant. Ea trochlea
religatur ad machine radicem habens orbiculos tres, per quos traiecti fu-
nes traduntur hominibus ad ducendum. Ita tres ordines hominum ducen-
tes, sine ergata, celeriter onus ad summū perducunt. Hoc genus machine
polyplaston appellatur, quod multis orbiculorum circuitonibus, & faci-
litatem summam præstat, & celeritatem. Vna autem statutio tigni hanc
habet utilitatem, quod ante quantum uelit ad dextra ac sinistra, ad late-
ra declinando onus deponere potest.

Harum

MACHINARVM TECTORIARVM AD ONE-
rum elevationem, tum quibus mouentur celeriter
& expedite, figuræ.



HATW

D
Ha
mod
alia
sine
fimb

N
re uel
uarur
rentur
uersa
plecti
rum in
xit, it
clufi,
iunfr

Ca
fiuræ
rum u
pedun
cum c
in arm
axes i
Exem
ambu
Non e
ullus
N
state
ex cif
autem

Harum machinationum omnium, quæ supra sunt scriptæ, rationes, nõ modo ad has res, sed ad onerandas & exonerandas naues sunt paratæ, aliæ erectæ, aliæ plane in charchesijs uersatilibus collocatæ. Non minus sine tignorum erectionibus in plano, etiam eadem ratione & temperatis funibus & trochleis, subductiones nauium efficiuntur.

INGENIOSA CTESIPHONTIS RATIO AD
grauia onera ducenda. CAP. VI.

NON est alienum etiam Ctesiphontis ingeniosam inuentionem exponere. Is enim scapos columnarum ex lapidinis cum deportare uellet Ephesum ad Dianæ sanum, propter magnitudinem onerum, & uiarum campestrum mollitudinem, non confisus carris, ne rotæ deuorarentur, sic est conatus. De materia trientali scapos quatuor, duos uersarios interpositos duobus longis, quantum longitudo scapi fuerat, complectit & cõpexit, & ferreos chodaces, uti subsudes, in capitibus scaporum implumbauit, et armillas in materia ad chodaces circumdandos infixit, item baculis iligneis capita religauit. Chodaces autem in armillis inclusi, liberam habuerunt uersationem tantam, uti cum boues ducerent sub iuncti, scapi uersando in chodacibus & armillis sine fine uoluerentur.

Cum autem scapos omnes ita uexissent, & instarent epistyliorum uentura, filius Ctesiphontis Methagenes transtulit eam rationem è scaporum uectura etiam in epistyliorum deductione. Fecit enim rotas circiter pedum duodenum, & epistyliorum capita in medias rotas, eadem ratione, cum chodacibus et armillis inclusit. Ita cum trientes à bubus ducerentur, in armillis inclusi chodaces uersabant rotas. Epistylia uero inclusa uti axes in rotis, eadem ratione qua scapi, sine mora ad opus peruenierunt. Exemplar autem erit eius, quemadmodum in palestris cylindri ex æquante ambulationes. Neq; hoc potuisset fieri, nisi primum propinquitas esset. Non enim plus sunt ab lapidinis ad sanum, quam millia passuum octo, nec ullus est cliuus, sed perpetuus campus.

Nostra uero memoria, cum colosici Apertinis in sano basis esset à uentura state diffracta, et metuètes ne caderet ea statua et frangeretur, locauerunt ex eiusdem lapidinis basim excidendam, Conduxit quidem Paconius. Hæc autem basis erat longa pedes duodecim, lata pedes octo, alta pedes sex.

GG Quam

ONE=



HATUM